Pflanze zu Gebote stand, stellt dieselbe vorläufig „ad species forsan huc (ad *Clidemiam*) referendas (onn. de sc. nat. ser. 3. XVII. 374). Die reifen Samenkapseln sind an unsern Exemplaren durch Insecten leider verwüstet; so viel sich durch Analogie aus der Form der Samenknospe schliessen lässt, sind auch die Samen unserer Pflanze schneckenförmig.

Wien, den 13. Februar 1863.

Descriptiones plantarum novarum florae hungaricae et transsilvanicae.

Auctore **A. Kerner.**

1. Saxifraga fonticola. Rhizoma teres, horizontaliter repens, praemorsum, fibris crassis descendentibus auctum, non raro fistulosum. Caulis erectus, robustus, superne sparse foliatus, paniculato-cymosus, pedunculorum instar glaberrimus. Folia sicut petioli glabra, reniformia, in basi sinu apertissimo cordata, basilaria longe petiolata, dentata, caulina brevius petiolata, basilaribus conformia, summa sessilia, cuneiformia, tridentata vel integra. Dentes foliorum ex ovata basi triangularia, acuta. Rami inflorescentiae simplices, uniflori, rarius ramosi et 2—3 flori. Calix inferus. Sepala patula, ovata obtusiuscula. Petala oblonge ovata, obtusa, stellate expansa, calice bis et semissi longiora, alba, infra medium punctis citrinis, supra medium punctis purpureis notata. Puncta magna, irregulariter dispersa, superiora purpurea saepe diflua.

Caulis 6—12'' alt. Fol. 1—2'' lat. Sepala $1\frac{1}{2}$''' long. 1''' lat. Petala 4''' long. 2''' lat.

Habitat in regione alpina Carpatorum orientalium ad margines fontium et rivulorum in solo schistaceo; imprimis in tractu fluvii Aranyos infra montem Cucùrbetam, gregariter crescens cum *Silene quadrifida* L., *Sedum Fabaria* Koch et *Swertia punctata* Bmg.

Saxifraga fonticola differt ab omnibus affinibus glabritie omnium partium et insuper a *S. rotundifolia* L. et *S. olympica* Boiss. calicis sepalis et petalis latioribus et punctis petalorum majoribus, irregulariter sparsis, nec secundum lineas longitudinales ordinatis. A *S. repanda* Willd in Sternb. rev. Saxif. p. 17. *S. rotundifolia β. repanda* Don Saxif. in trans. linn. 13. p. 361 et huic simillima vel prorsus aequali *S. heucherifolia* Gr. et Schk. It. hung. p. 317 sinu foliorum basilari aperto, nec clauso, et ab illa et a *S. chrysosplenifolia* Boiss. insuper dentibus foliorum acutis triangularibus nec rotundate acutiusculis.

2. Cytisus leiocarpus. Suffrutex. Ramuli adulti lignosi, decumbentes vel adscendentes, plus minus elongati, juniores herbacei,

erecti, vere pilis sparsis adpressis vel erecte patulis sericei vel glaberrimi. Folia ternata. Foliola elliptica vel obovata, obtusa vel brevissime apiculata, integra, utrinque viridia, subtus pallidiora, vere pilis sparsis adpressis obsita, aestate magnopere ampliata et glaberrima. Flores omnes in ramulis annotinis laterales, solitarii vel 2—3 fasciculati, breviter pedunculati, pedunculis dimidiata calicis longitudine. Flores terminales nulli. Calix ovate oblongus, viridis, glaber vel pilis sparsis adpressis obsitus, tubo limbum duplo superante, labii superioris dentibus patentibus, acuminatis. Flores livide flavescentes. Petala glaberrima, non ciliata. Legumen sicut germen glaberrimum, maturum atronitidum.

Ramuli $^1/_2$—1′ long. Foliola fol. aestiv. 1—1$^1/_2$″ long. $^1/_2$—$^3/_4$‴ lat. Vexillum 1″ long. $^1/_2$″ lat. Legumen maturum 1″ long. 3‴ lat.

Habitat in locis petrosis regionis fagi Carpatorum orientalium solo calcareo. In tractu fluvii Körös in montibus infra Pétrosam et Rézbányam, imprimis in cacumine montis Tartaroéa et in parte orientali montis Pétra muncellu, gregaria cum *Genista scariosa* Viv.

Cytisus leiocarpus differt a *C. ratisbonensi* Schaeffer calice viridi, foliis latioribus, adultis glaberrimis et leguminibus glaberrimis. A *C. purpureo* Scop., quocum calice viridi et leguminibus glaberrimis convenit, petalis non ciliatis et dentibus calicinis acuminatis diversus. Color florum neque aureus ut in *C. ratisbonensi*, neque purpurascens ut in *C. purpureo*, sed est livide flavus, medius inter aureum et rubrum, potius colorem *C. capitati* et *C. hirsuti* referens. A *C. hirsuto β. ciliato* Koch et *C. prostrato β. ciliato* Koch, *C. ciliato* Wahlbg. differt *C. leiocarpus* ramulis et leguminibus glaberrimis et foliis glaberrimis vel in juventute adpresse sericeis.

Planta media inter *C. ratisbonensem* et *C. purpureum* minime hybrida eorum est, cum neutrum ibi gignatur ubi *C. leiocarpus* inventus est.

Oenipontum, 15. Febr. 1863.

Phänologische Notizen aus Griechenland.

Von Theodor von Heldreich.

Periodische Erscheinungen der Pflanzenwelt in der nächsten Umgebung Athen's im December 1862.

Das Wetter war in diesem Monat überaus veränderlich; im Allgemeinen ziemlich feucht und stürmisch. Die Zahl der Regentage belief sich jedoch nur auf sechs. Am 4. Dec. fiel der erste Schnee auf den höhern Bergen Attika's. *) Es folgte kühles Wetter

*) Die höhern Berge Attika's sind: im Norden Athen's der Parnes von 4357′, im Osten der Pentelikon von 3465 und im Süden der

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Österreichische Botanische Zeitschrift = Plant Systematics and Evolution

Jahr/Year: 1863

Band/Volume: 013

Autor(en)/Author(s): Kerner Josef Anton

Artikel/Article: Descriptiones plantarum novarum florae hungaricae et

transsilvanicae. 90-91